

Outline of Bartolus on Conflicts of Law From J. A. Clarence Smith, 'Bartolo on the Conflicts of Law', *American Journal of Legal History* (1970) 161–3

- I. Application of legislation to **Persons** (whether legislation affects non-subjects)
  - A. Legislation regarding **Contracts**
    - 1. Formalities—place of contracting
    - 2. Rights created by contract—
      - a. Conduct of case (procedure)—place of trial
      - b. Decision of case (merits) **Point 1**
        - i. rights arising with contract—place of contracting, except dowry
        - ii. rights arising after contract—place for performance
  - B. Legislation imposing Penalties for offense within the territory **Point 2**
    - 1. If offense under general law—applies to non-subjects
    - 2. If offense created by local law, and
      - a. Offender knew or ought to have known of it—applies
      - b. Offender reasonably did not know—does not apply to non-subjects
  - C. Legislation regarding **Wills** made within territory
    - 1. Reduction of formalities—applies to non-subjects **Point 3**
    - 2. Increase or reduction of capacity—does not apply to non-subjects
  - D. Rights annexed to Property—law of site **Point 4**
  - E. Lay legislation in church court **Point 5**
- II. Application of legislation to **Places** (whether legislation effective outside territory)
  - A. **Prohibitive** (i.e. disabling) legislation **Point 6**
    - 1. Formality, increase for wills—does not affect act outside
    - 2. Directed at property—does not affect property outside
    - 3. Directed at person, reduction of capacity—
      - a. if benevolent—affects subject acting outside, and subject's property outside
      - b. if malignant—does not affect subject's property outside
  - B. **Permissive** (i.e. enabling) legislation **Point 7**
    - 1. Enabling to act as notary—
      - a. does not enable act outside
      - b. act inside respected outside
    - 2. Reduction of formality—will made inside affects property outside
    - 3. Increase of capacity—

- a. does not enable act outside
- b. act inside does not affect property outside
- 4. Increase of proportion of inheritance
  - a. directed at property—does not affect property outside
  - b. directed at persons—
    - i. does not affect non-subjects
    - ii. even for subjects (being malignant) does not affect property outside

**C. Punitive legislation** **Point 8**

- 1. Expressed to extend to conduct outside
  - a. both parties outsiders—does not affect conduct outside, except by treaty
  - b. victim citizen, offender outsider—does not affect conduct outside, except: theft from shipwreck; by treaty; or no justice at place of offense
  - c. offender citizen and trial here—affects conduct outside
- 2. Expressed generally
  - a. legislation on procedure (inquisition or accusation)—affects conduct outside
  - b. legislation on penalty—does not affect conduct outside

**D. Criminal Judgment** **Point 9**

- 1. Against person
  - a. prohibition of access to place
    - i. expressly by judgment—ineffective for place outside
    - ii. as consequence in law—effective for places outside
  - b. prohibition of occupation—ineffective for place outside
  - c. reduction of capacity, as consequence in law—effective outside
- 2. Against property (N.B. where effective, forfeiture always to site)
  - a. site under same exchequer but different court
    - i. sentence under general law—affects property outside
    - ii. sentence under local law
      - also in force at site: affects property there
      - not in force at site: does not affect property there
  - b. site under different exchequer
    - i. sentence under local law—does not affect property outside
    - ii. sentence under general law—affects property outside

Bartolus, *ad C.1.1.1*

Transcription by Andy Barry with light editing by CD.

Nunc veniamus ad glossam quae dicit *quod si Bononiensis conveniatur Mutinae, non debet iudicari secundum statuta Mutinae, quibus non subest*<sup>1</sup> cuius occasione videnda sunt duo et primo utrum statutum porrigat ad non subditos,<sup>2</sup> secundo utrum effectus statuti porrigat extra territorium statuentium. et **primo** quaero quid de contractibus. pone contractum celebratum per aliquem forensem in hac civitate. litigium ortum est et agitur lis in loco originis contrahentis. cuius loci statuta debent servari vel spectari? quia illae quaestiones sunt multo revolutae, omissis aliis distinctis plenius quam Doctores dicant hic distingue. aut loquimur de statuto, aut de consuetudine, quae respicit ipsius contractus solemnitatem aut litis ordinationem aut de his quae pertinent ad iurisdictionem ex ipso contractu evenientis executionis.

14. Primo casu inspicitur locus contractus.<sup>3</sup>

15. Secundo casu aut quaeris de his quae pertinent ad litis ordinationem et inspicitur locus iudicii.<sup>4</sup> aut de his quae pertinent ad ipsius litis decisionem et tunc aut de his quae oriuntur secundum ipsius contractus naturam tempore contractus, aut de his quae oriuntur ex post facto propter negligentiam vel moram.

16. Primo casu inspicitur locus contractus<sup>5</sup> et intellego locum contractus ubi est celebratus contractus non de loco in quem collata est solutio. nam licet fundus debeat solui ubi est tamen inspicitur locus celebrati pactus.<sup>6</sup> (Dinus on Dig. xlv. 7.21)

17. Fallit in dote<sup>7</sup> propter rationem ibi positam in texto.

---

<sup>1</sup> **CODE I.1.1** (gloss ad cunctos populos quos).

<sup>2</sup> The printed editions add *extra territorium* at this point. This makes no sense, and it is not found in the manuscripts. See Hatzimihail, n. 365.

<sup>3</sup> **DIG. xxi.2.6:** GAIUS libro decimo ad edictum provinciale. Si fundus venierit, ex consuetudine eius regionis in qua negotium gestum est pro evictione caveri oportet. **CODE vi.32.2:** IMPERATORES VALERIANUS ET GALLIENUS A ALEXANDRO. Testamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patria proferantur, adfirmans potes illic proferre, ut secundum leges moresque locorum insinuetur. ita scilicet, ut testibus non praesentibus adire prius vel pro tribunali vel per libellum rectorem provinciae procures ac permittente eo honestos viros adesse facias, quibus praesentibus aperiantur et ab his rursus obsignentur. PP. XII K. IAN. MAXIMO II ET GLABRIONE CONSULIBUS.

<sup>4</sup> **DIG. xxii.5.3 in fin:** CALLISTRATUS libro quarto de cognitionibus. . . . sed et divi fratres rescripserunt: ‘Quod ad testes evocandos pertinet, diligentiae iudicantis est explorare, quae consuetudo in ea provincia, in quam iudicat, fuerit.’ nam si probabitur saepe in aliam civitatem testimonii gratia plerosque evocatos, non esse dubitandum, quin evocandi sint quos necessarios in ipsa cognitione deprehenderit qui iudicat.

<sup>5</sup> **DIG. xxi.2.6:** *supra* note 2.

<sup>6</sup> **DIG. xlv.7.21:** IULIANUS libro tertio ex Minicio. Contraxisse unusquisque in eo loco intellegitur, in quo ut solveret se obligavit.

<sup>7</sup> **DIG. v.1.65:** ULPIANUS libro trigensimo quarto ad edictum. Exigere dotem mulier debet illic, ubi maritus domicilium habuit, non ubi instrumentum dotale conscriptum est: nec enim id genus contractus est, ut et eum locum spectari oporteat, in quo instrumentum dotis factum est, quam eum, in cuius domicilium et ipsa

18. Secundo casu, aut solutio est collata in locum certum aut in pluribus locis alternative ita quod electio fit actoris, aut in nullum locum quia promissio fuit facta simpliciter. primo casu inspicitur consuetudo quae est in illo loco in quem est collata solutio. secundo et tertio casu inspicitur locus ubi petitur.<sup>8</sup> ratio praedictorum est quia ibi est contracta negligentia seu mora.

19. Ex praedictis possunt solui multae quaestiones. statutum est Assisii ubi est celebratus contractus dotis et matrimonii quod vir lucretur trientem [ent partem in text; tritentem partem probably meant] dotis uxore moriente sine liberis. in hac vero civitate Perusii unde est vir statutum est quod vir lucretur dimidiam. quod spectabitur? Certe statutum terrae viri.<sup>9</sup> ecce alia: hic est statutum quod iura petendi debitum proscribantur decem annos. modo quidam Florentinus mutuavit centum in curia Romae sub pacto de reddendo in civitate Perusii. certe si tacuit per decem annos erit locus statuto quia est contracta in illo negligentia. sed praedicta videntur contra glossam<sup>10</sup> ubi videtur dicere quod non inspicitur locus contractus sed iudicii. certe illa glossa ibi reprehenditur. sed hic Guiliemus salvat eam in hunc modum: quod aut loquimur quando contractus tractat de his quae inspiciunt quaelibet secundum contractum rei et ex provisione contrahentium et tunc inspicitur locus contractus.<sup>11</sup> sed in his quae veniunt ex improvise ut quando agitur ad resolvendum contractum tunc inspicitur locus iudicii.<sup>12</sup> ita dicit ipse, et ista verba non habent saporem veritatis, nam regula iuris quae etiam inspicitur consuetudo loci ubi contractum est.<sup>13</sup> breve dicerem sic: aut quis vult petere restitutionem ex laesione contingente in ipso tempore contractus, et inspicimus locum pactus; aut ex laesione contingente post contractum ex aliis negligentibus vel mora et inspicimus locum ubi est illa

---

mulier per condicionem matrimonii erat reditura.

<sup>8</sup> **DIG. xii.1.22:** JULIANUS libro quarto ex Minicio. Vinum, quod mutuum datum erat, per iudicem petitum est: quaesitum est, cuius temporis aestimatio fieret, utrum cum datum esset an cum litem contestatus fuisset an cum res iudicaretur. Sabinus respondit, si dictum esset quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset, cum petitum esset. interrogavi, cuius loci pretium sequi oporteat. respondit, si convenisset, ut certo loco redderetur, quanti eo loco esset, si dictum non esset, quanti ubi esset petitum. **DIG. xiii.3.4:** GAIUS libro nono ad edictum provinciale. Si merx aliqua, quae certo die dari debebat, petita sit, veluti vinum oleum frumentum, tanti litem aestimandum Cassius ait, quanti fuisset eo die, quo dari debuit: si de die nihil convenit, quanti tunc, cum iudicium acciperetur. idemque iuris in loco esse, ut primum aestimatio sumatur eius loci, quo dari debuit, si de loco nihil convenit, is locus spectetur, quo peteretur. quod et de ceteris rebus iuris est. **DIG. xxii.1.1 in principio cum glossa in verbum contractum:** PAPIANUS libro secundo quaestionum. Cum iudicio bonae fidei disceptatur, arbitrio iudicis usurarum modus ex more regionis ubi contractum est constituitur, ita tamen, ut legi non offendant.

<sup>9</sup> **DIG. v.1.65:** *supra* note 6.

<sup>10</sup> **DIG. xiii.4.2:**

<sup>11</sup> **DIG. xxi.2.6:** *supra* note 2.

<sup>12</sup> **DIG. xlvi.3.98:**

<sup>13</sup> **DIG. l.17.34:** ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad Sabinum. Semper in stipulationibus et in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est: aut, si non pareat quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione in qua actum est frequentatur. quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id quod minimum est, redigenda summa est.

mora contracta ut ex praedictis apparet et sic si esset in loco iudicii inspicimus locum iudicii et hoc modo illa glossa posset verum dicere, alias est falsa.

20. **Secundo** quaero quid de delictis. si forensis delinquit hic, utrum puniatur secundum statuta huius civitatis. ista quaestio tangitur per Cinum.<sup>14</sup> (Lectures on Digest and Code) dic latius: aut illud quod commisit in hac civitate est delictum de iure communi et punitur secundum statuta seu consuetudinem huius civitatis;<sup>15</sup> (Decretal 5.39.21 and gloss) aut non erat delictum de iure communi et tunc aut ille forensis ibi tantam moram traxit quod verisimiliter debet scire statutum et tunc idem;<sup>16</sup> aut ibi non contraxit tantam moram tunc aut illud factum erat communiter per omnes civitates prohibitum, ut puta, ut non trahat frumentum extra territorium sine sententia potestatis quod communiter prohibitum per totam Italiam et isto casu non licet allegere ignorantiam ad totalem excusationem;<sup>17</sup> aut non est ita generaliter prohibitum et non tenetur nisi fuerit sciens.<sup>18</sup> et est hodie textus de hoc: ubi ignorans non tenetur nisi ignorantia fuerit crassa et supina.

21. **Tertio** quaero quid in testamento. pone quod statutum vel consuetudo est Venetiis quod testamentum valeat coram duobus vel tribus testibus. quidam advena fecit ibi

---

<sup>14</sup> See **CODE viii.52(53).1**: IMPERATOR ALEXANDER A APRO EVOCATO. Praeses provinciae probatis his, quae in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causa cognita statuet. nam et consuetudo praecedens et ratio quae consuetudinem suasit custodienda est, et ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revocabit praeses provinciae.

<sup>15</sup> **DIG. xlvii.11.9**: ULPIANUS libro ad officium proconsulis. Sunt quaedam, quae more provinciarum coercionem solent admittere: ut puta in provincia Arabia ΣΚΟΠΕΛΙΣΜΟΝ crimen appellant, cuius rei admissum tale est: plerique inimicorum solent praedium inimici ΣΚΟΠΕΛΙ'ΕΙΝ, id est lapides ponere indicio futuros, quod, si quis eum agrum coluisset, malo leto periturus esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent: quae res tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat crudelitatem timens eorum qui scopelismom fecerunt. hanc rem praesides exequi solent graviter usque ad poenam capitis, quia et ipsa res mortem comminatur. **CODE 3.15.1**: IMPERATORES SEVERUS ET ANTONINUS AA LAURINAE. Quaestiones eorum criminum, quae legibus aut extra ordinem coercentur, ubi commissa vel inchoata sunt vel ubi reperiuntur qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est. **CODE 3.15.2**: IMPERATORES SEVERUS ET ANTONINUS AA ET CC NICEAE. Sciens liberum venumando plagii crimen committit. ab eo itaque, qui super hoc queri potest, aditus competens iudex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi degit, causam cognoscet. **Concord CODE 3.24.1**: IMPERATOR CONSTANTINUS A AD OCTAVIANUM COMITEM HISPANIARUM. Quicumque non illustris sed tantum clarissima dignitate praeditus virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, statim intra provinciam in qua facinus perpetravit publicis legibus subiugetur nec fori praescriptione utatur. omnem enim huiusmodi honorem reatus excludit.

<sup>16</sup> **CODE iii.15.2**: IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA ET CC NICEAE. Sciens liberum venumando, plagii crimen committit. ab eo itaque, qui super hoc quaeri potest, aditus competens iudex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi degit, ibi causam cognoscet (**Gloss: Degit.** id est, habet domicilium).

<sup>17</sup> **DIG. xxxix.4.16 § 5**: ULPIANUS libro vicensimo quinto ad edictum praetoris. . . . Licet quis se ignorasse dicat, nihilo minus eum in poenam vectigalis incidere diuus Hadrianus constituit.

<sup>18</sup> **DIG. I.9.6**: SCAEVOLA libro primo digestorum. Municipii lege ita cautum erat . . . quaesitum est, an poenam sustinere debeat, qui ignorans adversus decretum fecit. respondit et huiusmodi poenas adversus scientes paratas esse.

testamentum, an valeat? ex hoc themate primo est videndum hoc, an consuetudo vel statutum valeat, secundo si valeat an locum habeat in forensi.

22. Circa primum passum Iacobus de Arena qui de hoc disputavit ita determinavit. aut illa consuetudo est sine consensu Principis et non valet, etiam non expresse prohibitum, cum ad minus debeat esse quinque testes in locis quibus non est legum peritia.<sup>19</sup> ergo tale statutum vel consuetudo videtur mala et temeraria, nam propter timorem falsi est inventum, ut sint septem.<sup>20</sup> sed ex observantia talis statuti vel consuetudinis faciliter falsitas poterit perpetrari. [ut Cinus de individuibus, tol.I.2 in fine] aut consuetudo est de consensu Principis et valet, quasi videatur hoc indixisse, eo quod hoc facit et patitur<sup>21</sup> et constat hoc ipsum Principem Venetiis indulgere potuisse ex privilegio speciali,<sup>22</sup> vel non speciali ex tali consuetudine inducitur privilegium, [ut 9.q.3 canon conquestus] et ita determinavit ipse. ego credo quod statutum et consuetudo valeant etiam Principe ignorante, nam ad hoc ut testamentum in scriptis factum possit, requiritur publicatio.<sup>23</sup> sed solemnitas publicandi potest per statutum et consuetudinem minui et mutari,<sup>24</sup> ergo etc.

23. Secundo pater potest inter liberos cum duobus testibus disponere.<sup>25</sup> ita potest

---

<sup>19</sup> **CODE vi.23.9:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA PATROCLIAE. Si non speciali privilegio patriae tuae iuris observatio relaxata est et testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt, nullo iure testamentum valet.

<sup>20</sup> **CODE vi.23.29:** IMPERATOR IUSTINIANUS A IULIANO PP. (READ GLOSS FOR PURPOSE.) **CODE vi.42.18:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA APOLAUSTO. Cum necessitatem reddendae rationis defunctus remittendam tibi esse petierit, manifesti iuris est voluntatem defuncti immolatam esse debere. **CODE vi.42.2:** IMPERATOR ANTONINUS A EUPATRIO. Et si inutiliter fideicommissum relictum sit: tamen si heredes comperta voluntate defuncti praedia ex causa fideicommissi avo tuo praestiterunt: frustra ab heredibus eius de ea re quaestio tibi movetur, cum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia relictii fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur.

<sup>21</sup> **DIG. iii.2.13 § 1:** ULPIANUS libro sexto ad edictum. Quid ergo si non ducere sit passus, sed posteaquam duxit ratum habuerit? ut puta initio ignoravit talem esse, postea scit? non notabitur: praetor enim ad initium nuptiarum se rettulit. si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur, nisi eius nomine constituat, quem quamve in potestate haberet: certe qui filium vel filiam constituere patitur, quodammodo ipse videtur constituisse. **DIG. xix.2.60 § 6:** LABEO posteriorum libro quinto a Iavoleno epitomatorum. . . . Locator horrei propositum habuit se aurum argentum margaritam non recipere suo periculo: deinde cum sciret has res inferri, passus est. proinde eum futurum tibi obligatum dixi, ac si propositum fuit, remissum videtur. **DIG. XIV.1.1 § 1:** ULPIANUS libro vicensimo octavo ad edictum.

<sup>22</sup> **CODE vi.23.9:** *supra* note 18.

<sup>23</sup> **CODE vi.23.2:** IMPERATOR ALEXANDER A EXPEDITO. Publicati semel testamenti fides, quamvis ipsa materia, in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu qui probatur intercidit, nihilo minus valet. **DIG. xxix.3.7:**

<sup>24</sup> **DIG. xxix.3.2:** ULPIANUS libro quiquagesimo ad edictum. Tabularum testamenti instrumentum non est unius hominis, hoc est heredis, sed universorum, quibus quid illic adscriptum est: quin potius publicum est instrumentum. . . . et magis est, ut dari debeat secundum locorum angustias seu prolixitates.

<sup>25</sup> **CODE vi.22.8.** IMPERATOR IUSTINIANUS A DEMOSTHENI PP. **CODE iii.36.21:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA SATURNINO. Si cogitatione futurae successionis, officium arbitri dividendae hereditatis praeveniendo pater communis iudicio suo, qualicumque iudicio suam declaraverit voluntatem: inter eos qui ei successerunt, exemplo Falcidiae retentionis habita ratione, familiae dividendae

patria disponere circa subditos cum eius potestas aequiparetur potestati patris. [ut veluti ff de iussis et iu. et ff de cad. lex postliminium § filius] praeterea, non reperitur prohibitum facere tale statutum. ergo videtur permissum.<sup>26</sup> non obstat Codex 6.23.9,<sup>27</sup> quia ibi consuetudo praeterita sitatur, non autem futura prohibetur. et ita videtur sentire Cuius in lege dudum de contrahentis emptore. non obstat quod dicitur, quod est temeraria, quia imo utilis et bona et favorabilis facta tam rationem testantis, sicut iura statuunt in militantibus, quam et ratione eorum quibus relinquitur sicut iura faciunt inter liberos, etiam ratione testium, ne a suis negotiis avocentur.<sup>28</sup> [arg. ff quemadmodum testamentum lex si quis ex signatoribus]

24. Circa secundum an talis consuetudo trahatur ad forensem. Iacobus de Arena determinavit quod non.<sup>29</sup> praeterea licet sit concessum rusticis ut possint testamentum facere coram quinque testibus tamen quibuslibet illic exentibus non concedit hoc.<sup>30</sup> (Dig. xxix.7.8) praeterea si statutum dicitur ius proprium civitatis ergo non trahitur ad extraneos.<sup>31</sup> mihi autem videtur dicendum aut statutum limitat personas civium et non porrigat ad forenses, sic intellego Codicem 6.23.31<sup>32</sup> coniunctam Digesto xxix.7.8,<sup>33</sup> nam ibi loquitur specialiter in rusticis, nec rationes ibi positae habent locum in omnibus; aut

---

causa datus arbiter: pro virili praeterae portione eorum quae nulli generaliter vel specialiter adsignavit, facta divisione, in adiudicando patris sequetur voluntatem.

<sup>26</sup> **DIG. i.1.9:** GAIUS libro primo institutionem. Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius civitatis: quod vero naturalis ratio inter homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur.

<sup>27</sup> *Supra* note 18.

<sup>28</sup> **DIG. xxix.3.7:** *supra* note 22.

<sup>29</sup> **DIG. xlix.14.32:** MARCIANUS libro tertio institutionum. sed si accepto usu togae Romanae ut ciues Romani semper egerint, divi fratres procuratoribus hereditatum rescripserunt sine dubitatione ius eorum ab obsidis condicione separatum esse beneficio principali, ideoque idem ius eis servandum, quod habent, si a legitimis civibus Romanis heredes instituti fuissent. **CODE vi.23.9:** *supra* note 18.

<sup>30</sup> **DIG. xxix.7.8:**

<sup>31</sup> **DIG. i.1.9:** *supra* note 25.

<sup>32</sup> **CODE vi.23.31:** I M E R A T O R I U S T I N I A N U M A I O H A N N I P P . Et ab antiquis legibus et a diversis retro principibus semper rusticitati consultum est et in multis legum subtilitatibus stricta observatio eis remissa est, quod ex ipsis rerum invenimus documentis. cum enim testamentorum ordinatio sub certa definitione legum instituta est, homines rustici et quibus non est literarum peritia quomodo possunt tantam legum subtilitatem custodire in ultimis suis voluntatibus? . . . Si autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes, usque ad quinque modis omnibus testes adhiberi iubemus: minus autem nullo modo concedimus. . . . Quod igitur quisque rusticorum, sicut praedictum est, pro suis rebus disposuerit, hoc omnimodo legum subtilitate remissa firmum validumque consistat.

<sup>33</sup> **DIG. xxix.7.8:** PAULUS libro singulari de iure codicillorum. Conficiuntur codicilli quattuor modis: aut enim in futurum confirmantur aut in praeteritum aut per fideicommissum testamento facto aut sine testamento. Sed ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniam creditur pater familias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem.

statutum loquitur simpliciter indefinite et habent locum in forensibus ibi testantibus;<sup>34</sup> et circa ea quae sunt de voluntaria iurisdictione statutum continent forenses.<sup>35</sup>

25. Praeterea ita est in contractibus<sup>36</sup> ut supra dictum est, ergo et cetera. nec obstat Codex 6.23.9,<sup>37</sup> quia intellego secundum istam distinctionem. nec obstat Digestum xlix.14.32,<sup>38</sup> quia loquitur in obsidibus qui non sunt cives Romani. nec habent testamenti factionem,<sup>39</sup> ideo oportet quod accepto demum usu togae, habeantur ut cives ut possint facere testamentum secundum consuetudinem locorum ut dictum est. an autem tale testamentum porrigatur ad bona alibi existentia ubi non est talis consuetudo. infra dicemus.

26. Sed circa hoc dubitatur quid si statutum disponit circa personam ut quod filius familias possit facere testamentum, forensis filius familias in illa civitate testat an valeat. dico quod non quia statuta non possunt legitimare personam sibi non subditam nec circa ipsam personam aliquid disponere.<sup>40</sup> non obstat quod supra dictum est circa solemnitatem. nam solemnitas actus pertinet ad iurisdictionem eius in cuius territorio agit, ideo variat secundum diversium locorum.<sup>41</sup> sed ibi persona non est uniformis quia non potest disponere nisi circa personam sibi subditam. sed contra praedicta est in Codice 8.49.1,<sup>42</sup> ubi est persona non subdita legitimatur secundum formam statuti. respondeo

---

<sup>34</sup> **CODE 6.32.2:** *supra* note 2.

<sup>35</sup> **DIG. xxix.1.44:** ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad edictum. Rescripta principum ostendunt omnes omnino, qui eius sunt gradus, ut iure militari testari non possint, si in hostico deprehendantur et illic decedant, quomodo velint et quomodo possint, testari, sive praeses sit provinciae sive quis alius, qui iure militari testari non potest. **CODE viii.48.1:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA HERENNIO. Si lex municipii, in quo te pater emancipavit, potestatem duumviris dedit, ut etiam alienigenae liberos suos emancipare possint, id quod a patre factum est suam obtinet firmitatem.

<sup>36</sup> **DIG. xxi.2.6:** *supra* note 2.

<sup>37</sup> **CODE vi.23.9:** *supra* note 18.

<sup>38</sup> **DIG. xlix.14.32:** MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. sed si accepto usu togae Romanae ut cives Romani semper egerint, divi fratres procuratoribus hereditatum rescripserunt sine dubitatione ius eorum ab obsidis condicione separatum esse beneficio principali. ideoque idem ius eis servandum, quod habent, si a legitimis civibus Romanis heredes instituti fuissent.

<sup>39</sup> **DIG. xxviii.1.11:** ULPIANUS libro decimo ad Sabinum. Obsides testari non possunt, nisi eis permittitur.

<sup>40</sup> **DIG. xxvi.5.1 (in fine):** ULPIANUS libro trigesimo nono ad Sabinum. . . . Quod autem permittitur tutorem dare provinciae praesidi, eis tantum permittitur, qui sunt eiusdem provinciae vel ibidem domicilium habent.

**DIG. xxvi.1.10:** ULPIANUS libro secundo ad edictum: Etiam non municeps tutor dari potest, dummodo municipi detur.

<sup>41</sup> **DIG. xxii.5.3:** *supra* note 3.

**DIG. xxviii.3.2 § 7:** ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum. . . . [Diem autem et consulem tabularum non patitur praetor describi vel inspici idcirco, ne quid falsi fiat: namque etiam inspectio materiam falso fabricando instruere potest.] Utrum autem in continenti otestatem inspiciendi vel describendi iubet an desideranti tempus dabit ad exhibitionem? et magis est, ut dari debeat secundum locorum angustias seu prolixitates.

<sup>42</sup> **CODE viii.49.1:** IMPERATORES VALENTIANUS VALENS ET GRATIANUS AAA AD PRAETEXTATUM PUER.



illud statutum non legitimat directo personam quia non potest, sed legitimationi ibi fiendae dat formam et solemnitatem ut quod emancipatio fiat coram tali iudice. cum ergo respiciat solemnitatem, trahitur ad forenses. et ideo dico: si statutum disponit impediendo personam ut ecce statutum dicit: vir non potest instituere uxorem suam; certe si forensis hic testabit non impeditur instituere uxorem suam per praedictas rationes. hoc tenet Speculum Iuris.

**Quarto** quaero quod in his quae non sunt contractus neque delicta neque ultimae voluntates. pone quidam habet domum hic et est quaestio an possit altius elevare. breve cum est quaestio de aliquo iure descendente ex re ipsa, debet servari consuetudo aut statutum loci ubi est res.<sup>43</sup>

28. **Quinto** quaero utrum statuta et consuetudines laicorum ligent clericos et debeant servari in curia episcopi. videtur quod non.<sup>44</sup> quod tenet Cinus.<sup>45</sup> In hoc puncto mihi videtur quod nos habemus autem [cassa infra titulum i.] ex cuius intellectu declaratur iste punctus. dicit nam ibi quod non valeant statuta laicorum contra libertatem ecclesiarum et earum personas, a contrario ergo innuitur quod ea quae non sunt contra libertatem

---

Filios et filias ceterosque liberos contumaces, qui parentes vel acerbitate convicii vel cuiuscumque atrocis iniuriae dolore pulsassent, leges emancipatione recissa damno libertatis immeritae multare voluerunt.

<sup>43</sup> **CODE viii.10.3:** IMPERATOR ALEXANDER A APRO EVOCATO. An in totum ex ruina domus licuerit non eandem faciem in civitate restituere, sed in hortum convertere, et an hoc consensu tunc magistratum non prohibentium, item vicinorum factum sit, prases, probatis his quae in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causa cognita statuet. **DIG. viii.4.13 § 1:** ULPIANUS libro sexto opinionum. . . . Si constat in tuo agro lapidicinas esse, invito te nec privato nec publico nomine quisquam lapidem caedere potest, cui id faciendi ius non est: nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, ut si quis voluerit ex his caedere, non aliter hoc faciat, nisi prius solitum solacium pro hoc domino praestat: ita tamen lapides caedere debet, postquam satisficiat domino, ut neque usus necessarii lapidis intercludatur neque commoditas rei iure domino adimatur.

<sup>44</sup> **Extra i.2.7:** Constitutio laicorum ecclesiam seu eius bona non adstringit. INNOCENTIUS III TRIDENTO EPISCOPO. Quae in ecclesiarum *et ecclesiasticorum virorum praeiudicium attentatur, firmitatem sortiri non debent, sed ad ecclesiarum indemnitate debent potius infirmari.* Sane pervenit ad audientiam nostram, quod cives Tervisini *et Coneglanses constituendi sibi, et utinam sibi tantum, iurisdictionem temere usurpantes, impietatem palliant sub nomine pietatis, et dum quibusdam ex alieno gratiam exhibere nituntur, ecclesiis sunt et viris ecclesiasticis onerosi.* constituerunt *siquidem, sicut accepimus, ut, si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegaverit, alienandi feudum, quod ab ecclesia vel aliis tenet, per officiales ad hoc a Tervisinis civibus et Coneglansibus deputatos, liberam habeat facultatem, nec emptor priori teneatur domino responere, nis tantummodo in sexta parte pretii, quam ipsi, si recipere voluerit exhibebit, ex quo ecclesiastica non modicum iura laeduntur.* Volentes igitur ecclesiarum indemnati consulere, *et huiusmodi gravaminibus providere, constitutionem huiusmodi et venditiones feudorum ecclesiasticorum, factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, occasione constitutionis, imo verius destitutionis vel destructionis istius, praesentium auctoritate cassamus et, vires decernimus non habere.* **Extra i.2.10:** Statutum generale laicorum ad ecclesias vel ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum praeiudicium non extenditur: nec speciale, etiamsi earum commodum et favorem concernat. Hoc dicit quoad intellectum. INNOCENTIUS ABBATI ET CONVENTUI SANCTI SILVESTRI.

<sup>45</sup> **CODE viii.52.2:** IMPERATOR CONSTANTINUS A AD PROCULUM. Consuetudinis ususque longaevis non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem.

ecclesiarum et earum personas valeant. hoc etiam dicit Extra v.39.49.<sup>46</sup> sed illa statuta dicuntur esse contra libertatem ecclesiarum [perhaps *eccelsie*; 29.] quae sunt contra privilegia concessa ecclesiis et clericis vel collegis a Papa vel a principe [ut nota per Innocentem in d.c. noverit].

Hoc praemisso in hac quaestione sic distinguerem. aut statuta sunt directo super ecclesiis vel rebus ecclesiasticis et non valent, quia non pertinent ad iurisdictionem concedentis;<sup>47</sup> aut statuta sunt facta simpliciter et tunc aut redundant contra ea quae sunt concessa ecclesiis vel clericis in privilegium, et non valent;<sup>48</sup> [ut de autem cassa] aut contra ea quae competunt ecclesiis vel clericis non in privilegium sed ut cuilibet et tunc ligant clericos et sunt servanda in foro episcopali, dum tamen sint honesta. [ut extra de eo, quod mittitur in possessione causae rei . . .] ubi ideo retractatur, quia fuit consuetudo mala. secus si fuisset bona [ut ibi non et per glossam de post]. subiicio exemplum, est hic statutum quod instrumentum publicum mandetur executioni sine libello. modo quidam laicus petit a clerico coram episcopo, an offeratur libellus contra praedictam constitutionem? videtur quod non quia in foro episcopali debet servari tale statutum. sed Hostiensis in summa de consuetudine [] de veritate []. sed pone quod inter laicos et ver. quod si clericus] dicit contrarium. sed hoc mihi non placet quia contra praedictum canon cum venissent in his quae pertinent ad processum [30.] in foro ecclesiastici, servatur consuetudo laicorum, ut apparet ex textis cum dicit, vellent praedere, etc.

Do etiam alia exempla. cavetur statuto huius civitatis quod non valeant testamenta propter omissam insinuationem. modo quidam clericus fecit testamentum, non fuit insinuatum, non valet nisi contineantur legata ad pias causas et quantum ad illa testamentum non infirmaretur, quia concessum est in privilegium, ut valeant testamenta ad pias causas etiam cum duobus testibus.<sup>49</sup>

---

<sup>46</sup> **EXTRA v.39.49:** Excommunicat haereticos et quoscumque violatores ecclesiasticae libertatis. HONORIUS III EPISCOPO BONONIENSI. . . . Excommunicamus *ex parte Dei omnipotentis, auctoritate quoque [beatorum] Apostolorum Petri et Pauli et nostra*, omnes haereticos . . . qui de cetero servari fecerint statuta edita et consuetudines *vel potius abusiones*, introductas contra ecclesiae libertatem, *et nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiae fecerint amoveri*. Item excommunicamus statutarios et scriptores statutorum ipsorum, nec non potestates, consules, rectores, et consilarios locorum, ubi de cetero huiusmodi statuta et consuetudines editae fuerint vel servatae, nec non et illos, qui secundum ea praesumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

<sup>47</sup> **EXTRA i.2.10:** *supra* note 44.

<sup>48</sup> **EXTRA v.39.49:** *supra* note 45.

<sup>49</sup> **EXTRA iii.26.11:** Valet ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus, et est casus singularis. ALEXANDER III IUDICIBUS VELLETRANSIBUS. Relatum est *auribus nostris*, quod, quum ad vestrum examen aliqua super testamentis relictis ecclesiae causa deducitur, vos *secundum humanum, et non divinam legem in ea vultis procedere, et, nisi septem vel quinque idonei testes intervenerint, omnino inde postponitis iudicare*. □ *Unde, quia huiusmodi causae de iudiciis ecclesiae, non secundum leges, sed secundum canones debent tractari, et his, divina scriptura testante, duo at tres idonei testes sufficiunt, discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus quatenus, quum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, et tribus aut duobus legitimis testibus requisitis [sitis contenti] quoniam scriptum est: "In ore duorum vel trium testium stat omne verbum."*

Quatenus vero ad alia [31.] testamentum vitiatur, quia clericis non est concessum, in privilegium, ut ipsi possint facere testamentum, imo ipsi possunt tamen eo iure quanto possunt alii homines et consuetudo seu statutum honestum est ut obvietur fraudibus ut ponitur de testamentis. Hostiensis in summa, titulo de testamentis § quia . . . videtur dicere quod in foro seculari privatum iure suo in foro ecclesiastico secus. quid in quantum distincioni praecedenti contradicit, non placet ex iuribus praedictis.

**Sexto** videndum est an statuta vel consuetudines porrigant effectum suum extra territorium, [32.] quod examinandum est per multas quaestiones: quondam statuta sunt prohibitoria non ratione poenae sed ratione alterius solemnitatis, quondam sunt permissiva, quondam punitoria.<sup>50</sup> Circa primum sic dico aut statuta sunt prohibitoria ratione solemnitatis alicuius actus ut qua dicit statutum quod non fiat testamentum seu instrumentum nisi coram duobus notariis vel alia solemnitate. tunc tale statutum non porrigatur extra territorium statuentis, quia in solemnitatibus semper inspicitur locus ubi res agitur, ut supra dictum est, tam circa contractus quam circa ultimas voluntates; aut statutum est prohibitivum in re et respectum rei ut quia prohibet dominium rei alienari extra consortes, tunc ubicumque fiat dispositio de tali re non valet, quia talis dispositio afficit rem et impedit dominium transferri.<sup>51</sup> (Inst. 2.8) aut statutum est prohibitivum in personam, et tunc aut continet prohibitionem favorabilem ut puta ne minores decipiantur in confectione testamentorum statuitur quod minor 25 annis non possit facere testamentum, vel pone statutum est quod vir non possit legare uxori suae, vel econtra, et hoc est factum ne mutuo amore se ad invicem spoliet vel decipiant, tunc talis prohibitio comprehendat etiam civem illius civitatis ubicumque existentem. in simili et in eo, cui in suo iudicio bonis inter dicitur intellegitur generaliter, nam illa interdictio quae est favorabilis ne sua bona pereant, extendit effectum suum ubicumque sint bona.<sup>52</sup> Ea ratione ista interdictio specialis in illo actu et illa aequiparatio interdictionis generalis et specialis.<sup>53</sup>

---

<sup>50</sup> The printed editions read *prohibitoria*, which makes little sense. *Punitoria* is from MS. Vat. Lat. 2589, fol. 72r. See Hatzimihail, n. 374.

<sup>51</sup> **CODE v.12.15:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA INGENUO. Cum citra fidem etiam instrumentorum dtam dotem aliunde probanti post divortium quondam uxoris secundum bonam fidem restitui debere constet, amissis etiam instrumentis sine dubio cetera probationum indicia iure prodita non habentur irrita. **CODE vi.3.3:** IMPERATORES SEVERUS ET ANTONINUS AA ROMANO. Qui nummis acceptis ab extraneo servum suum manumisit et pro operis pecuniam ab eo accepit, sive fuerant operae impositae sive non fuerant, ut indebita soluta reddere cogitur. **CODE viii.10.3:** (*supra* note 42).

<sup>52</sup> **DIG. xxvii.10.10:** ULPIANUS libro sexto decimo ad edictum. Iulianus scribit eos, quibus per praetorem bonis interdictum est, nihil transferre posse ad aliquem, quia in bonis non habeant, cum eis deminutio sit interdicta. Curator furiosi rem quidem suam quasi suam tradat dicendum, ut non transferat dominium, quia non furiosi negotium gerens tradidit. **DIG. xiv.1.6:** PAULUS libro sexto brevium. Si servus non voluntate domini navem exercuerit, si sciente eo, quasi tributoria, si ignorante, de peculio actio dabitur. Si communis servus [non] voluntate dominorum exerceat navem, in singulos dari debebit in solidum actio.

<sup>53</sup> **DIG. xlix.17.11:** MACER libro secundo de re militari. Castrense peculium est, quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est vel quod ipse filius familias in militia adquisiit, quod, nisi militaret, adquisiturus non fuisset. nam quod erat sine militia adquisiturus, id peculium eius castrense non est.

**DIG. xxvi.7.51:** VENULEIUS libro sexto stipulationum. Si duo pluresve tutores tutelam administrent, in

33. Aut statutum continet prohibitionem odiosam et tunc non porrigitur extra territorium statuentium.<sup>54</sup> et ideo dico quod statutum disponens quod filia femina non succedat cum sit prohibitorium et odiosum (Code 6.28.4) ad bona alibi sita non porrigitur.<sup>55</sup>

34. **Septimo** quaero circa statuta permissoria circa quod sunt duo dicenda, sicut an actus permissus possit exerceri extra territorium permittentis. item si exercetur in ispo actu seu loco permissio an habeant effectum extra territorium. et ista duo simul tractabimus. aliquando nam statutum concedit et permittit id quod rationabiliter non competit nisi in his in quibus specialiter privilegium est concessum. verbi gratia, per statutum civitatis aliquis est effectus notarius. numquid possit conficere instrumentum extra territorium civitatis illius? de hoc disputat Speculator. (Speculum Juris pt ii, p 662, tit *de instr.*, § *restat*, ver *quid de his*.) ego credo quod extra territorium non poterit conficere instrumenta et idem in similibus quaestionibus quae fieri possunt in territorio.

35. Nam actus qui etiam spectant ad iurisdictionem voluntariam quandocumque conceduntur ab alio inferiore a principe non possunt exerceri extra territorium.<sup>56</sup> (Sext. 2.2.1 *in fine*).

36. Credo tamen quod instrumenta a tali notario confecta in territorio ubicumque extra territorium faciant fidem. sic emancipatio facta coram eo, qui habet iurisdictionem a lege municipalis, habetur rata ubicumque.<sup>57</sup> hoc est magis ad solemnitatem quam ad dispositionem, ut infra dicitur. quandoque statuta sunt permissiva permittendo id quod de

---

fideiussorem quidem in solidum per quemlibet eorum committitur stipulatio: at si inter eos divisa sit tutela regionibus, quod plerumque fit, et alius urbana negotia, alius peregrina administraret, tunc ex substantia cuiusque rei aut committi contra fideiussorem stipulationem aut non committi dicemus: nam licet omnes tutores sint et tutelam gerant, tamen cum quis de ea re, quae extra suam regionem erit, experiri vel ad iudicium vocari coeperit, perinde non committitur stipulatio, atque si ei administratio tutelae permissa non esset: quantum enim facta in totum denegata, tantundem valet, si in ae re de qua agitur denegata sit.

<sup>54</sup> **DIG. iii.1.9:** PAPIANUS libro primo responsorum. Ex ea causa prohibitus pro alio postulare, quae infamiam non irrogat ideoque ius pro omnibus postulandi non aufert, in ea tantum provincia pro aliis non recte postulat, in qua praeses fuit qui sententiam dixit, in alia vero non prohibetur, licet eiusdem nominis sit.

<sup>55</sup> Et de ista distinctione de prohibitione rationabili favorabili et odiosa facit **SEXT. v.11.26:** Si sententia interdicti proferatur in clerum: non intelligitur, nisi aliud sit expressum in ea, interdictus populus, nec etiam e converso. Unde uno interdicto ipsorum alius licite admittitur ad divina. Ceterum quum propter delictum domini rectoris est civitas interdicta, cives eiusdem, qui culpabiles non existunt, (dummodo et ipsi propter dominum vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti,) possunt extra ipsam licite interesse divinis. Quum vero, alicuius terrae populus interdicto notatur: singulares ex eo personae, quas interdictas esse constat, ne sententia effectu careat, quum divinarum auditio et sacramentorum perceptio populo ut universis non competant, non debent alicubi, (casibus expressis a iure duntaxat exceptis,) audire divina vel ecclesiastica recipere sacramenta.

<sup>56</sup> **DIG. i.16.2:** MARCIANUS libro primo institutionum. Omnes proconsules statim quam urbem egressi fuerint habent iurisdictionem, sed non contentiosam, sed voluntariam: ut ecce manumitti apud eos possunt tam liberi quam servi et adoptiones fieri. Apud legatum vero proconsulis nemo manumittare potest, quia non habet iurisdictionem talem.

<sup>57</sup> **CODE viii.48.1:** *supra* note 34.

iure permittitur, sed per statutum tollitur obstaculum quod erat de iure communi. et ista pluribus modis contingit. quandoque tollit obstaculum solemnitate ut puta per legem in testamento requiritur, quod sint septem testes, statutum est quod sufficient quattuor certe hoc statutum valet. et si dubitetur, utrum testamentum factum intra territorium observetur, quo ad bona testatoris quae sunt extra territorium. ista quaestio tractatur per multos, scilicet Hubertum de Bobio et alios Ultramontanes antiquos quorum opiniones refert Speculator (pt ii, p 679; tit. *de instr. Edit.*, § *compendiose*, ver. *quid si.*), nec ibi apparet quod velint. postea supervenit Iocabus de Ravannis qui dixit quod institutus habebit bona quae sunt intra territorium, bona vero quae sunt extra territorium habebunt venientes ab intestate.<sup>58</sup> nec obstat quod decessit pro parte testatus et pro parte intestatus,<sup>59</sup> quia hoc facit diversitas consuetudinum sicut hoc facit alias diversitas patrimonii. (Dig. i.7.22) et hoc olim residebat Cinus super venit postea Guillemum de Cuneo qui dixit indistincte testamentum valere et porrigi ad bona ubicumque et si sint extra territorium.

37. Quod probat primo quia statutum operat circa testamentum quippe si fuerit validum ab initio tamen ex ipso testamento porriget ad omnia bona per quemdam consequentiam. Licet non possit disponere de bonis directo, sed per consequentiam.<sup>60</sup> (Inst. 1.17) praeterea sicut actio competens potest praeponi alibi quam ubi sit fundus, sic disponens alibi potest fieri, quo ubi sit res. (Code 7.33.12) praeterea acta facta coram uno iudice faciunt fidem coram alio.<sup>61</sup> praeterea dixit ipse quod hic casus est [(Code

---

<sup>58</sup> **DIG. xxvi.5.27:** HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomatorum. Pupillo, qui tam Romae quam in provincia facultates habet, rerum quae sunt Romae praetor, provincialium praeses tutorem dare potest. . . . **DIG. xxvi.7.47:** SCAEVOLA libro secundo responsorum. Titium et Maevium tutores quis dedit et cavit: Boulomai, etc. . . . Tutores dati ad res Italicas instrumenta Romae reppererunt debitorum provincialium, ut pecunia Romae aut ubicumque petitum fuerit solvatur: quaero, cum neque debitores in Italia essent neque eorum praedia, an haec exactio ad Italicae rei tutores pertineat. respondi, si provincialis contractus esset, non pertinere, respicere tamen ad officium eorum, ne instrumentorum ignorantia contractus eos, ad quos administratio pertineret, lateret.

<sup>59</sup> **DIG. l.17.17:** ULPIANUS libro vicensimo primo ad Sabinum. Cum tempus in testamento adicitur, credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adicitur.

<sup>60</sup> **DIG. xxvi.4.3 § 1:** ULPIANUS libro trigesimo septimo ad Sabinum. Tutela legitima, quae patronis defertur e lege duodecim tabularum, non quidem specialiter vel nominatim delata est, sed per consequentias hereditatum, quae ex ipsa lege patronis datae sunt. Ergo manumissor ex lege duodecim tabularum tutor est, sive sponte manumisit sive etiam compulsus ex causa fideicommissi manumisit.

<sup>61</sup> **CODE ii.1.2:** IMPERATORES SEVERUS ET ANTONINUS AA FAUSTO. Is, apud quem res agitur, acta publica tam criminalia quam civilia exhiberi inspicienda ad investigandam veritatis fidem iubebit. **CODE vii.62.5:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA VALERIO. Praeses provinciae, ad quem appellasti, si non vitio neglegentiae vestrae tempus, quod ad reddendos apostolos praescriptum est, exemptum esse animadverterit, sed ex fatalis casus necessitate, diem functo eo qui eos perferebat, id accidisse cognoverit, iuxta perpetui iuris formam desiderio vestro medebitur. **CODE vii.62.19:** IMPERATOR CONSTANTINUS A AD UNIVERSOS PROVINCIALES. . . . Quod si victus oblatam nec receptam ab iudice appellationem adfirmet, praefectos adeat, ut apud eos de integro litiget tamquam appellatione suscepta. superatus enim si iniuste appellare videbitur, lite perdita notatus abscedet: aut si vicerit, contra eum iudicem, qui appellationem non receperit, ad nos referre necesse est, ut digno supplicio puniatur. **CODE vi.23.31:** *supra* note 28.

6.23.19)]: si faciat testamentum coram non iudice ubi minor requiret solemnitas tunc ex eo adiri poterit hereditas quae aditio effectum habet in omni loco et in hac opinione fuit postea Cinus et fecit additione in lecturis suis. licet non ita plene recitaverit opinionem. doctor Gulielmus et doctor Iacobus Buttrigarius idem tenebat.<sup>62</sup> ista opinio mihi placet per rationes praedictas excepta prima ratione Guillemo, quae mihi displicet ut iam dicam. ad praedictorum confirmationem induco Codicem vi.23.31<sup>63</sup> ubi testamentum factum in iure coram quinque testibus habet suum effectum ubicumque, licet in alio loco requireretur maior solemnitas. ad idem quod testamentum factum in militia porrigit suos effectus ubicumque et circa solemnitatem acti de quo agit inspicit consuetudo regionis<sup>64</sup> et illud tenerem. prima ratione Guillemi non placet quia quod non licet quandoque per consequentiam sicut quando illud quod non licet directo habet necessariam consequentiam ad permissa, alias secus.<sup>65</sup> (note by Dinus to Dig. xxvi.8.1) sed si testamentum fuerit validum non sequitur necessario quod hebeat omnia bona. ratio: quia ex legis potestate possunt quis decedere pro parte testatus et pro parte intestatus, sicut in milite.<sup>66</sup> (Code 5.9.1 and note.)

---

<sup>62</sup> **CODE vi.23.9:** *supra* note 18. **CODE vi.32.2:** *supra* note 2.

<sup>63</sup> **CODE vi.23.31:** *supra* note 31.

<sup>64</sup> **DIG. xxv.4.1:** ULPIANUS libro vicesimo quarto ad edictum. Temporibus divorum fratrum cum hoc incidisset, ut maritus quidem praegnatem mulierem diceret, uxor negaret, consulti Valerio Prisciano praetori urbano rescripserunt in haec verba: ‘Novam rem desiderare Rutilius Seuerus videtur, ut uxori, quae ab eo diverterat et se non esse praegnatem profiteatur, custodem apponat, et ideo nemo mirabitur, si nos quoque novum consilium et remedium suggeramus. igitur si perstat in eadem postulatione, commodissimum est eligi honestissimae feminae domum, in qua Domitia veniat, et ibi tres obstetrices probatae et artis et fidei, quae a te adsumptae fuerint, eam inspiciant. et si quidem vel omnes vel duae renuntiaverint praegnatem videri, tunc persuadendum mulieri erit, ut perinde custodem admittat atque si ipsa hoc desiderasset: quod si enixa non fuerit, sciat maritus ad invidiam existimationemque suam pertinere, ut non immerito possit videri captasse hoc ad aliquam mulieris iniuriam. si autem vel omnes vel plures non esse gravidam renuntiaverint, nulla causa custodiendi erit.’ . . . Quod autem praetor ait cause cognita se possessionem non daturum vel actiones denegaturum, eo pertinet, ut, si per rusticitatem aliquid fuerit omissum ex his quae praetor servari voluit, non obsit partui. quale est enim, si quid ex his, quae leviter observanda praetor edixit, non sit factum, partui denegari bonorum possessionem: sed mos regionis inspiciendus est, et secundum eum et observari ventrem et partum et infantem oportet.

<sup>65</sup> **DIG. xxiii.3.29:** PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Si is, qui duos reos promittendi habet, damnaverit heredem, ut utrosque liberet, si alter ex his capere non possit nec socii sint, delegari debet is qui nihil capit ei cui hoc commodum lege competit: cuius petitione utrumque accidit, ut et hoc ommodum ad eum perveniat et is qui capit liberetur. quod si socii sint, propter eum qui capax est et ille capit per consequentias liberato illo per acceptilationem: id enim eveniret, etiamsi solum capacem liberare iussus esset. **DIG. iii.2.4:** ULPIANUS libro sexto ad edictum.

<sup>66</sup> **DIG. xxix.1.3:** ULPIANUS libro secundo ad Sabinum. Si miles, qui destinaverit communi iure testari, ante defecerit quam testaretur? Pomponius dubitat. sed cur non in milite diversum probet? neque enim qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renuntiavit, nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia, sed magis utroque genere voluisse propter fortuitos casus: quemadmodum plerique pagani solent, cum testamenti faciunt perscripturam, adicere velle hoc etiam vice codicillorum valere. quicumque dixerit, si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse, nam secundum nostram sententiam etiam divus Marcus rescripsit. **DIG. xxix.1.41:** ULPIANUS libro vicesimo sexto digestorum. Filius, qui se paterna hereditate abtinuit, si exheredati fratris hereditati se immiscuerit et pro

38. Interdum vero reperiunt statuta permissiva tolerantia obstaculum qualitatis personae ut ecce dixit statutum filius familias possit facere testamentum vel aliqua persona de iure prohibita ut continetur in statuto quod spurius possit institui quae de iure communi sunt prohibita. posito pro constanti quod talia statuta valeant (alibi dicam; modo de ipsorum valore non dicam).

39. Quaeritur an talis persona extra territorium possit institui et hereditatem adire. dico quod non, cum hoc concedatur ab alio inferiori a principe licet spectet ad actum voluntarium, tamen non possunt exerceri ex iurisdictione concedentis.<sup>67</sup> pro hoc in Codice 5.27.8 et Novella 89.c.4, ubi legitimatio filii quae sit per obligationem curiae civitatis non habet locum nisi in patre offerente et filio, non avo vel inter alios. ita in proposito legitimatio facta per statutum civitatis non habet locum nisi in ipsa civitate legitimante.

40. Sed insurgit forte dubium et quotidianum tale. quidam sic legitimatus facit testamentum in ipsa civitate vel ibidem heres instituitur et hereditatem adit an tale testamentum valeat vel talis aditio porrigat ad bona quae sunt in alia civitate. et videtur quod sic per ea quae dicta sunt in statuto disponente circa solemnitatem.

41. Praeterea ad idem de emancipatione liberorum,<sup>68</sup> nam emancipatio ibi facta habet effectum in omni loco ut supra dictum est in persona notarii. praeterea sententia lata per iudicem mandatur executioni per iudicem alteri territorii in bonis etiam alibi positis<sup>69</sup> ita hoc testamentum quod est quasi sententia<sup>70</sup> porrigat alibi posita. sed contra videtur quod non porrigat.<sup>71</sup> praeterea simplex dispositio non intellegitur nisi de bonis quae sunt in

---

herede gesserit, poterit ex substitutione hereditatem optinere.

<sup>67</sup> **DIG. i.16.2:** *supra* note 54.

<sup>68</sup> **CODE viii.49.1:** *supra* note 41.

<sup>69</sup> **CODE iii.1.13 § 3:** IMPERATOR IUSTINIANUS A IULIANO PP. . . Sin autem reus afuerit et similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus, etiam absente eo eremodiciam contrahatur et iudex, secundum quod veteribus legibus cautum est, ex una parte cum omni subtilitate causam requirat et, si obnoxius fuerit inventus, et contra absentem promere condemnationem non cesset, quae ad effectum perducatur: et per res et facultates fugientis victori satisfiat, sive ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, sive per relationem ad maiorem iudicem hoc referatur et ex eo legitima via contra res contumacis aperiatur: nulla licentia ei vel alii personam eius solam praetendenti concedenda contradicendi, cum in possessionem ex huiusmodi causa actor mittitur: ne si reversus fuerit et voluerit fideiussiones dare et possessionem recuperare, audiatur: in huiusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus. **DIG. v.1.45:** PAPIANUS libro tertio responsorum. . . . Nomine puellae tutoribus in provincia condemnatis curatores puellae iudicatum Romae facere coguntur, ubi mutuum pecuniam mater accepit, cui filia heres extitit.

<sup>70</sup> **DIG. xxviii.1.1:** MODESTINS libro secundo pandectarum. Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

<sup>71</sup> **DIG. xxvi.5.27:** *supra* note 56. **DIG. xxvii.1.10 § 4:** MODESTINUS libro tertio excusationum. Etiam testamento dati tutores excusare se poterunt iure ab administratione rerum quae in alia provincia sunt, ut declarat infra scripti divi Severi constitutio. "Divi Severus et Antoninus Augusti Valerio. Testamento tutor datus ante praefinitum diem adire debuisti et postulare, ut ab administratione rerum, quae in alia provincia erant, liberareris."

territorio disponentis.<sup>72</sup> (Auth. *quib. mo. nat. effi. sui*, § *filium*, ubi legitimatio intellegitur fieri stricte.) pro hoc videtur expressum extra qui filii sint legitimaciones, capitulum per venerabilem,<sup>73</sup> ubi legitimatio facta per Papam non trahitur ad ea quae non sunt suae iurisdictionis ut ad hereditatem et alia temporalia quae sunt in territorio imperato, ut ubi nota per glossam et Guilemum et Doctores Modernos. ad contraria respondeo. nam aliud est in dispositione circa solemnitatem actus quam circa legitimacionem personae ad actum. ratio: quia factam diversitatem locorum diversificantur rationes solemnntitatis. nam in militari testamento requiruntur pauciores testes quia per occupationem militarem non possunt tot homines haberi, ideo ibi statutum est de pauciori numero testium. potest etiam esse quod in una civitate sunt homines magis legales quam in alia, ideo fuit statuta diversa. ideo ista ratio solemnntitatis habet locum in testamento forensis sicut in civitate. ideo ius voluit quod quantum ad solemnntatem inspiciat effectus eius ad omnem locum. non nam per hoc alteri civitati praeiudicat, cum ille actus ubicumque poterit celebrari, licet non cum illa solemnntate. sed dispositio circa personam legitimandam ad actum faciendum non est huius naturae, ideo non possum legitimare nisi quantum ad me ipsum disponentem pertinet, nec porrigitur extra meum territorium quia facerem alteri praeiudicium. non obstat Codex 8.49.1, et supra dictum est de notario, quia ibi statutum non disponit directo circa actum sed circa solemnntatem actus. non nam statutum emancipat filium quia tunc non porrigeretur ad forenses sed pater filium emancipat cum solemnntate statuti. idem in notario, non nam adhibet ipse ad disponendum, sed ad solemnntandum circa actum ab alio dispositum, unde est eadem ratio quae sua dicta est in solemnntate. non obstat quod supra dictum est de sententia quia ibi iudex disponit super iure iam fundato et formato quod ius respiciebat persona ubicumque. ut puta condemnat aliquem occasione [praecedentis] bolonis], qui ligat reum obligatum in omni loco, ideo mandatur executioni per alium iudicem. sed quando ipse iudex de novo inducit ius faciendum intra territorium tunc non porrigit extra territorium, ut supra probatum est.

42. Sed posset dubitari de tali quaestione: consuetudo est in Anglia quod primogenitus succedit in omnibus bonis. modo quidam habens bona in Anglia et in Italia decessit. quaeritur quod iuris. Iacobus de Ravannis et Gulielmus de Cuneo tenent quod de bonis existentibus in Anglia iudicet secundum consuetudinem illius loci, de aliis quae sunt in Italia, stetur iuri communi, ut dividantur inter fratres.<sup>74</sup> et quia certa forma est data in bonis ibi positis, ubicumque non extendat.<sup>75</sup> idem tenet Cinus hic. alii dicunt quod debet inspici locum ubi est adita hereditas et sic ibi quasi contractus est celebratus (Dig.

---

<sup>72</sup> **DIG. xlii.5.12 § 1:** PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. . . . Cum unus ex creditoribus postulat in bona debitoris se mitti, quaeritur, utrum solus is qui petit possidere potest. . . . Is, qui possidere iubetur, eo loco iussus videtur, cuius cura ad iubentem pertinet.

<sup>73</sup> **CODE viii.49.1:** *supra* note 41.

<sup>74</sup> **DIG. xxvi.5.27:** *supra* note 56.

<sup>75</sup> **CODE x.1.4:** IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA MUCATRAULO. Certa forma super metoecis data est, qui iussu principis in aliam civitatem translati sunt. nam praedia eorum, quae antequam demigrarent habuerint, si ab his distracta non essent, fisci rationibus vindicari iam pridem decretum est, nisi aliud speciali praecepto angusta maiestas decreverit. . . **DIG. I.1.24:** SCAEVOLA libro secundo digestorum. Constitutionibus principum continetur, ut pecuniae, quae ex detrimento solvitur, usurae non praesentur.



xlii.4.3) sicut in contractibus inspicimus locum contractus.<sup>76</sup> mihi videtur quod verba statuti seu consuetudinis sunt diligenter intuenda; aut enim disponunt circa rem ut per haec verba, *bona decedentium veniant in primogenitum*, et tunc de omnibus bonis iudicabo secundum consuetudinem et statutum ubi res sunt situatae, quia ius afficit res ipsas sive possideantur a cive sive ab advena<sup>77</sup> (Dig. 1.4.6); aut verba statuti seu consuetudinis disponunt circa personam ut per haec verba, *primogenitus succedat*, et tunc aut ille talis decedens non erat de Anglia, licet ibi haberet possessiones et tunc tale statutum ad eum et eius filios non porrigitur, quia dispositio circa personas non porrigitur ad forenses, ut dictum est supra in quaestione secunda. aut talis decedens erat Anglicus et tunc filius primogenitus succederet in bonis quae sunt in Anglia et in aliis succederet de iure communi, secundum quod dicunt dicti doctores. quia sive dicatur hoc esse statutum privativum de filiis sequentibus, quia est odiosum non porrigitur ad bona alibi posita, ut supra probatum est in quaestione sexta; sive dicas statutum esse permissum tollendo obstaculum ne sequentes filii impediunt primogenitum, e[s?]t idem ut supra dictum est. ad hoc ut inspiciatur utrum dispositio est in rem vel personam, facit (Dig. xviii.1.81)

43. Nec placet illorum opiniones qui inspiciunt locum aditionis hereditatis quia aditio non potest se referre [refert, be of importance], nisi in quantum est delata hereditas.<sup>78</sup> (Dig. v.4.3; xxix.2.10 and 75) sed non est delata nisi praedicto modo ubi nemo praecedit et cetera. sed contractus se extendunt quatenus voluntas contrahentis fuit quae fuisse praesumitur secundum consuetudinem loci ubi res agitur, ut supra dictum est, ergo et cetera.

44. **Octavo** circa statuta punitoria: hoc examinandum est per multas quaestiones. primo an expresse possint porrigere suum effectum extra territorium suum. ad quod dico quod aliquando uterque scilicet delinquens et ille in quem delinquitur extra territorium est forensis, tunc regula est quod statutum etiam si expresse caveatur in eo, non porrigitur ad eos, qui extra territorium et cetera,<sup>79</sup> quia statuta sunt ius proprium civitatis.<sup>80</sup> ista regula fallit in civitatibus confederatis et colligatis invicem: si statuto Perusii caveatur quod delinquens Assisi possit puniri hic. (Dig. xlix.14.7 *in fine*.) idem puto si civitas in cuius territorio delinquitur, istud statutum facere consensisset eadem ratione. aliquando extra territorium huius civitatis forensis offendit aliquem civem. et cavetur aliquo statuto quod forensis hic possit puniri an valeat. et videtur quod sic, quia laicus offendens clericum efficitur de foro ecclesiae. (Code 1.3.2; Auth *item nulla*; Decretal 2.2.8)

---

<sup>76</sup> **DIG. xxi.2.6:** *supra* note 1. **DIG. 1.17.34:** *supra* note 11.

<sup>77</sup> **CODE viii.10.3:** *supra* note 42.

<sup>78</sup> **DIG. v.4.3:** PAULUS libro septimo decimo ad Plautinum.

**DIG. xxix.2.10:** ULPIANUS libro septimo ad Sabinum. Si ex asse heres destinaverit partem habere hereditatis, videtur in assem pro herede gessisse.

**DIG. xxix.2.75:** MARCELLUS libro nono digestorum.

<sup>79</sup> **DIG. ii.1.20:** PAULUS libro primo ad edictum. Extra territorium ius dicenti impune non paretur. idem est, et si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.

<sup>80</sup> **DIG. i.1.9:** *supra* note 25.

45. Praeterea ratione loci in quo delictum committitur quis efficitur de ista iurisdictione etiam si est forensis.<sup>81</sup> (Code 3.15.1 and Auth. *qua in prov.*) sed si delinquit in loco civitati subiecto, sicut in persona civis sui, ergo et cetera. sed illa non faciunt, quia in clerico offenso est ratio quia committitur sacrilegium quia est crimen ecclesiasticum ideo pertinet ad ecclesiam ut [d.c.] cum sit. et istud per quod dicit ratione loci et cetera, intellego rationem rei immobilis ut territorii non rei mobilis vel se moventis. dic ergo regulariter, tale statutum non valet, quia non potest disponere extra territorium suum et in personis sibi non subditis. fallit in capientibus ex naufragio qui possunt puniri a iudice personae offensae et sic cum tale delictum pertineat ad personas eius iurisdictionis, poterit adversus tales delinquentes extra territorium fieri statutum.<sup>82</sup> (Dig. xlvi.9.7 et gloss) Cinus ea non teneat in d. auth. qua in provinciis. item fallit in civitatibus foederatis ut supra dixi. item fallit si iudex loci ubi civis meus offenditur,<sup>83</sup> offensam non vindicat (ut quia non vult, vel quia non potest) tunc poterit fieri statutum contra offendentem civem extra territorium. (Code 1.9.14 cum sua glossa et 23.q.2c [. . .]) per hoc induco Innocentem, Decretal 2.2.14, ubi tenet hoc statutum expresse valere. aliquando civis delinquit extra territorium et de tali delicto extra commisso statutum expresse loquitur. puto quod tale statutum valeat, scilicet quia ratione originis potest puniri de delicto ubicumque commisso,<sup>84</sup> cum ergo tale delictum sit de eius iurisdictione, poterit de hoc facere statutum. per hoc optime facit Digestum 50.9.6; Codicem 4.42.2; Codicem 4.63.4<sup>85</sup>

---

<sup>81</sup> **CODE iii.15.1:** IMPERATORES SEVERUS ET ANTONINUS AA LAURINAE. Quaestiones eorum criminum, quae legibus aut extra ordinem coercentur, ubi commissa vel inchoata sunt vel ubi reperiuntur qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est. **DIG. i.18.3:** PAULUS libro tertio decimo ad Sabinum. Praeses provinciae in suae provinciae homines tantum imperium habet, et hoc dum in provincia est: nam si excesserit, privatus est. habet interdum imperium et adversus extraneos homines, si quid manu commiserint: nam et in mandatis principum est, ut curet is, qui provinciae praest, malis hominibus provinciam purgare, nec distinguuntur unde sint.

<sup>82</sup> **DIG. xlvi.9.7:** CALLISTRATUS libro secundo quaestionum. Ne quid ex naufragiis diripiatur vel quis extraneus interveniat colligendis eis, multifariam prospectum est. nam et divus Hadrianus edicto praecepit, ut hi, qui iuxta litora maris possident, scirent, si quando navis vel inficta vel fracta intra fines agri cuiusque fuerit, ne naufragia diripiant, in ipsos iudicia praesides his, qui res suas direptas queruntur, reddituros, ut quidquid probaverint ademptum sibi naufragio, id a possessoribus recipiant. de his autem, quos diripuisse probatum sit, praesidem ut de latronibus gravem sententiam dicere.

<sup>83</sup> This is the reading of the printed edition (Venice, 1602). Many reprints have *offendit*, which can't be right. See Hatzimihail, n. 384.

<sup>84</sup> **CODE iii.15.1:** *supra* note 79.

<sup>85</sup> **DIG. 1.9.6:** SCAEVOLA libro primo digestorum. Municipii lege ita cantum erat: (Greek). quaesitum est an poenam sustinere debeat, qui ignorans adversus decretum fecit. respondit et huiusmodi poenas adversus scientes paratas esse. **CODE iv.42.2:** IMPERATOR LEO A VIVIANO PP. Romanae gentis homines sive in barbaro sive in Romano solo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cuiusdam transferri iubemus: poena gravissima statuenda adversus eos, qui hoc perpetrare ausi fuerint, tabellione videlicet, qui huiusmodi emptionis sive cuiuslibet alterius alienationis instrumenta conscripserit, et eo qui octavam vel aliquod vectigalis causa pro his suscepit, eidem poenae subiciendo. Barbarae autem gentis eunuchos extra loca nostro imperio subiecta factos cunctis negotiatoribus vel quibuscumque aliis emendi in commerciis et vendendi ubi voluerint tribuimus facultatem. **CODE iv.63.4:** IMPERATORES HONORIUS ET THEODOSIUS AA

46. Sed iuxta praedicta potest dubitari. pone quod exercitus huius civitatis stat super territorio alterius, unus forensis occidit ibi alium forensem: utrum poterit puniri a potestate huius civitatis. et videtur quod non etiam si expresse statuto sit cautum, ut supra dictum est. contrarium observatur de consuetudine. probatur sic, territorium dicitur a terrendo.<sup>86</sup> sed donec exercitus huius civitatis est ibi, terret et coercet illum locum, merito delictum ibi commissu poterit puniri a potestate tamquam commissum in eius territorio, ita dicebat Martinus et Iacobus de Buttragio.

47. Item quaero, quid si in statuto hoc non cavetur expresse sed simpliciter loquatur statutum, utrum porrigatur extra territorium. ad eius investiagtionem pono quaestionem antiquitus tactam. cavetur statuto civitatis Perusii quod potestas de quolibet homicidio possit inquirere vel procedere per accusationem vel inquisitionem. alio statuto cavetur quod pro homicidio imponatur certa poena. accidit quod quidam Perusinus occidit extra territorium, quaeritur utrum potestas huius civitatis possit inquirere et punire secundum formam statuti, an solum de iure communi. ista quaestio fuit facta per Odofredum et determinavit quod non possit per inquisitionem procedi, nec delinquens possit puniri, secundum formam statui, sed solum de iure communi. Cuius opinionem ponit Albertus de Gandino in fine sui libelli. Postea dominus Cinus disputavit istam quaestionem in civitate Senarum et determinavit contrarium, tangendo iura Odofredi licet de eis nulla fiat mentio, idcirco eius disputationem hic recito, multa inutilia rei ciendo. certum est quod de iure communi potest delinquens puniri in loco domicilii vel originis de delicto alibi commissu.<sup>87</sup> hoc praemisso videamus utrum possit procedi per viam accusationis tantum, sicut de iure communi, an per viam inquisitionis de iure municipali. et videtur quod solum per accusationem tantum. sicut de iure communi inquisitio fiat ad vindictam publicam (Nov. xvii.4.2) et ad delictum puniendum non occultandum (Auth. lxxxvi.3, *de armis*, § *sancimus*.) sed iniuria non videtur facta, nisi in eo loco, ubi quis delinquit, non in loco unde oriundus est. (Dig. ii.1.7 and 9.) ergo iudex originis non poterit procedere vel inquirere. Praeterea rectores civitatum dicuntur patres subiectorum (Auth lxxxvi.3, *de*

---

ANTHEMIO PP. Mercatores tam imperio nostro quam Persarum regi subiectos ultra ea loca, in quibus foederis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet, ne alieni regni, quod non convenit, scrutentur arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus ultra Nisibin Cllinicum et Artaxata emendi sive vendendi species causa profisisci audeat nec praeter memoratas civitates cum Persa merces existimet commutandas: sciente utroque qui contrahit et species, quae praeter haec loca fuerint venumdatae vel comparatae, sacro aerario nostro vindicandas et praeter earum ac pretii amissionem, quod fuerit numeratum vel commutatum, exilii se poenae sempiternae subdendum. . . .

<sup>86</sup> **DIG. I.16.239 § 8:** POMPONIUS libro singulari enchiridii. . . . 'Territorium' est universitas agrorum intra fines cuiusque civitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est sommovendi ius habent.

<sup>87</sup> **DIG. XLVIII.22.7 §§ 9, 13:** ULPIANUS libro decimo de officio proconsulis. Relegatorum duo genera: sunt quidam, qui in insulam relegantur, sunt, qui simpliciter, ut provinciis eis interdicatur, non etiam insula adsignetur. . . . Sed in eas partes provinciae, quae sunt desertiores, scio praesides solitos relegare. . . . Si quis eam sententiam admiserit, ut is, qui in alia provincia commisit, possit relegari ab eo qui ei provinciae praeest: eveniet, ut relegatus iste tribus provinciis praeter Italiam debeat abstinere, et in qua deliquit et quam incolit et originis. et si ex diversis provinciis oriri videatur propter condicionem vel suam vel parentis patronorum: vel pluribus provinciis consequenter interdictum ei dicemus. **CODE III.15.1:** *supra* note 74.

*armis*, § *sancimus*; Auth viii.8, *ut iudices*, § *eos antem*.), sed homo forensis offensus extra territorium non est subiectus illi iudici terrae originis offendentis et sic non est ei tamquam pater, merito de iniuria ei facta non potest procedere. econtra, quod possit procedere quia de iure communi habet iurisdictionem ut supra dictum est, ergo illa iurisdictione poterit uti cum qualitate sibi addita per statutum, quod procedat per inquisitionem, cum qualitas de facili addatur. (Dig. ix.4.4. § 4) praeterea hoc probatur ratione proprii interesse. nam Reipublicae interest habere bonos subditos.<sup>88</sup> (Auth. viii, praef. § 1, *ut jud.*, § *cogitatio*.) sed homines boni efficiuntur si eis poena imponatur ex delicto,<sup>89</sup> et de hoc quod expresse sit ratio publicae disciplinae. interest ergo sua punire subditos et sic statutum ad eos extenderetur. praeterea eadem ratio videtur sive per accusationem sive per inquisitionem procedatur. inquisitio non succedit loco accusationis, (Dig. ix.2.32) ergo et cetera. praeterea pone quod Titius extra territorium incidit in legem si quis in hoc infra de episcopis et clericis. certum est, quod iudex ratione originis poterit inquirere ergo idem in proposito. praeterea statutum loquitur generaliter ergo et cetera.<sup>90</sup> propter quam determinavit Cinius quod iudex possit procedere de iure per inquisitionem et denunciationem, sicut per accusationem, quod an sit verum infra dicam. Super alio vero puncto, sicut de condemnatione, videtur primo quod debeat puniri secundum legem loci ubi delinquit.<sup>91</sup> praeterea contractus et delicta aequiparantur.<sup>92</sup> sed in contractibus inspicitur locus contractus,<sup>93</sup> et supra probatum est ergo et cetera.

---

<sup>88</sup> **DIG. i.6.1 § 2:** GAIUS libro primo institutionum. De iure personarum alia divisio sequitur, quod quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iure subiectae sunt. videamus itaque de his, quae alieno iuri subiectae sunt: . . . Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum et sine causa legibus cognita in servos suos saevire. nam ex constitutione divi Antonini qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui alienum servum occiderit. sed et maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coercetur.

<sup>89</sup> **DIG. i.1.1 § 1:** ULPIANUS libro primo institutionum. Iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. est autem a iustitia appellatum: nam, ut eleganter Celsus definit, ius est ars boni et aequi. Cuius merito quis nos sacerdotes appellat: iustitiam namque colimus et boni et aequi notitiam profitemur, aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, verum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram nisi fallor philosophiam, non simulatam affectantes.

<sup>90</sup> **DIG. xxxvii.5.1 § 1:** ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. . . . Generaliter parentes et liberos praetor excepit nec gradus liberorum parentumve enumeravit: in infinitum igitur eis praestabitur. sed nec personas prosecutus est, utrum ex virili sexu an ex feminino descendat.

<sup>91</sup> **CODE iii.24.1:** IMPERATOR CONSTANTINUS A AD OCTAVIANUM COMITEM HISPANIARUM. Quicumque non illustris, sed tantum clarissima dignitate praeditus virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, statim intra provinciam in qua facinus perpetravit publicis legibus subiugetur nec fori praescriptione utatur. omnem enim huiusmodi honorem reatus excludit.

<sup>92</sup> **DIG. v.1.20:** PAULUS libro quinquagesimo octavo ad edictum. Omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est, ut, ubicumque aliquis obligetur, et contrahi videatur, quamvis non ex crediti causa debeat. **DIG. v.1.57:** ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Tam ex contractibus quam ex delictis in filium familias competit actio: sed mortuo filio post litis contestationem transferus iudicium in patrem dumtaxat de peculio et quod in rem eius versum est. certe si quasi procurator alicuius filius familias iudicium acceperit, mortuo eo in eum quem defenderit transactio vel iudicati datur.

<sup>93</sup> **DIG. xxi.2.6:** *supra* note 2.

Praeterea supra circa principium huius tractatus dictum est debere inspicere locum delicti, ergo et cetera. (Sext. 1.2.2, *ut animarum*) Ex adverso quod possit puniri secundum legem civitatis suae probatur sic lex et sententia aequiparantur. (Dig. xl.1.9) Sed suum subditum potest ligare sua sententia ergo sua lege. Praeterea si aliquis delinquit in ecclesia, quam constat non esse iurisdictione seculari, tamen poterit a iudice seculari sua lege puniri.<sup>94</sup> (Auth. *si quis*.) Praeterea hoc probatur expresse,<sup>95</sup> ubi subditus ligatur etiam extra territorium. Ex quibus Cuius determinavit civem ex delicto in alia civitate commisso posse in sua civitate puniri secundum legem suae civitatis. Et si dicatur quomodo porrigit suum effectum extra territorium. Respondet ipse: fateor quod extra territorium non potest inducere novam obligationis substantiam, sed bene potest illi delicto quod est de iure communi, addere novam qualitatem quae facilius adiicitur quam substantiam. Non obstat capitulum *ut animarum* quia illa decisio processit ex errore canonistarum vel speciale ibi in sententia excommunicationis, hic est effectus suorum verborum. (Praedicta sunt sumpta ex verbis Digesti ii.1.20.<sup>96</sup> )

48. Mihi autem videntur verba statuti diligentius esse intuenda ut non expresse disponit de eo quod civis facit etiam extra territorium et tunc contra eum procedi poterit et puniri.<sup>97</sup> aut limitative loquitur de eo quod sit intra territorium et tunc non extenditur ad ea quae fierent extra.<sup>98</sup> aut statutum simpliciter loquitur et ista est quaestio nostra et de hoc casu dicam. aut quaeritur de modo procedendi et posset procedi secundum statutum civitatis originis, quia statuta quae respiciunt processum seu litis ordinationem porriguntur ad omnem litem qui in ipsa civitate actitur, posito quod sit de eo quod est extra civitatem actum.<sup>99</sup> ita supra dictum est circa contractus. (Code 9.4.1) et sic in primo puncto tene opinionem Cuius quod posset per inquisitionem procedi. aut quaeris de modo puniendi et tunc puniatur, vel de iure communi, vel secundum statutum loci, ubi delinquit, quia statuta quae respiciunt litis decisionem non porriguntur ad ea quae extra territorium sunt commissa, sed debet inspicere locus ubi res est situata, ut supra dictum est tam circa contractus quam circa delicta, et hic est casus in d.c. *ut animarum*. in hoc teneo opinionem Odofredi et Alberti de Gandino.

---

<sup>94</sup> **CODE ix.9.1:** IMPERATORES SEVERUS ET ANTONINUS AA CASSIAE. Publico iudicio non habere mulieres adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato quaeri velint, lex Iulia declarat, quae, cum masculis iure mariti facultatem accusandi detulisset, non idem feminis privilegium detulit.

<sup>95</sup> **CODE iv.42.2:** *supra* note 82.

<sup>96</sup> **DIG. ii.1.20:** *supra* note 77.

<sup>97</sup> **CODE iv.42.2:** *supra* note 82.

<sup>98</sup> **DIG. xxiv.3.64 § 9:** ULPIANUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. . . . De viro heredeque eius lex tantum loquitur: de socero successoribusque soceri nihil in lege scriptum est. et hoc Labeo quasi omissum adnotat. in quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec utilis actio danda.

<sup>99</sup> **DIG. xxii.5.3:** *supra* note 2. **DIG. xxix.3.2 in fine:** *supra* note 21. **CODE 1.3.25 in fine:** IMPERATOR MARCIANUS A CONSTANTINO PP. Cum clericis in iudicium vocatis pateat episcopalis audientia, . . . Quod circa alios quoque diversos apparitores eminentiae tuae in his, quae ex consuetudine praebentur officio, observari in causis praedictorum clericorum iubemus, ut litis sumptus vel expensae a clericis pauciores humanioresve praestentur.

49. Sit ergo cautus iudex quando format inquisitionem ut in conclusione inquisitionis dicat, supra quaestionibus omnibus et singularibus intendo procedere et inquirere secundum formam statutorum huius civitatis, culpabilem punire et condemnare, secundum formam iuris. et sic in procedendo se refert ad statuta, in condemnando ad ius commune.

50. **Ultimo** quaero de effectum sententiae punientis, utrum extendat suum effectum extra territorium iudicantis. et omissis omnibus alteriis pono quod mihi videtur distinguendum super diversis membris. aliquando nam repetitur poena quae respicit personam aliquando quae respicit bona. primo casu aut poena imposita respicit certi loci interdictionem et non porrigitur extra territorium interdictionis ex potestate sententiae, sed bene porrigitur ad quaedam loca per consequentiam et iuris dispositionem,<sup>100</sup> aut non respicit interdictionem certi loci sed certae artis et tunc non porrigitur extra territorium.<sup>101</sup> aliquando vero non respicit principaliter interdictionem loci nec artis sed diminutionem status, ut quando quis efficitur infamis, tunc dicitur status ei minui vel efficitur servus poenae, et tunc etiam dicitur status minui. et primo casu poena imposita hic habet effectum ubique.<sup>102</sup> idem dico in his qui efficiuntur servi poenae per sententiam multo magis nam in his contingit diminutio status solum ex qualitate poenae.<sup>103</sup> si igitur ex genere poenae non curo utrum talis poena imponatur ex forma statuti vel ex iure communi. facit ad hoc Digestum iii.2.22 et quod ibi notum.<sup>104</sup> et per hoc crederem quod illa mulier quae fuit hic condemnata ad ignem et postea fuit recepta a familia quod statim

---

<sup>100</sup> **DIG. xlvii.22.7 §§ 1,10:** ULPIANUS libro decimo de officio proconsulis. Relegatorum duo genera: sunt quidam, qui in insulam relegantur, sunt, qui simpliciter, ut provinciis eis interdicitur, non etiam insula adsignetur. In insulam relegare praesides provinciae possunt, sic tamen, ut, si quidem insulam sub se habeant (id est ad eius provinciae formam pertinentem, quam administrant), et eam specialiter insulam adsignare possint inque eam relegare, scribant autem imperatori, ut ipse insulam se adsignet. ceterum non possunt damnare in eam insulam, quam in ea provincia cui praesunt non habeant. . . . Interdicere autem quis ea provincia potest quam regit, alia non potest: et ita divi fratres rescripserunt. unde eveniebat, ut, qui relegatus esset ab ea provincia, in qua domicilium habuit, morari apud originem suam posset. . .

<sup>101</sup> **DIG. iii.1.9:** *supra* note 52.

<sup>102</sup> **DIG. iii.1.9:** *supra* note 52.

<sup>103</sup> **DIG. iii.1.9:** *supra* note 52. **DIG. xlviii.19.14:** MACER libro secundo de re militari. Quaedam delicta pagano aut nullam aut leviolem poenam irrogant, militi vero graviorem. nam si miles artem ludicram fecerit vel in servitum se venire passus est, capite puniendum Menander scribit. **CODE v.16.24:** IMPERATOR CONSTANTINUS A PETRONIO PROBIANO. Res uxoris, quae vel successione qualibet vel emptione vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure pervenerant, damnato ac mortuo ex poena marito vel in servilem condicionem ex poenae qualitate deducto, . . . Sin autem aqua et igni ei interdictum erit vel deportatio illata, non tamen mors ex poena subsecuta, donationes a viro in uxorem collatae adhuc in pendenti maneant, quia nec matrimonium huiusmodi casibus dissolvitur, ita ut, si usque ad vitae suae tempus maritus eas non revocaverit, ex morte eius confirmentur: fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro.

<sup>104</sup> **DIG. iii.2.22:** MARCELLUS libro secundo publicorum. Ictus fustium infamiam non importat, sed causa, propter quam id pati meruit, si ea fuit, quae infamiam damnato irrogat. in ceteris quoque generibus poenarum eadem forma statuta est.

fuit effecta serva poenae et etiam secundum iura hodierna.<sup>105</sup> (Code 5.16.24 et Auth. ibi; see Nov. xxii.8 --sed hodie) nam post sententiam non debuit supervivere et ideo ubicumque sit dico quod est serva poenae nec potest facere testamentum nec contrahere et similia facere. et dico idem in excommunicatione quia ubique dicitur excommunicatus. (Decretal 1.6.43.q.5) istae nam poenae quae respiciunt diminutionem status infliguntur in personam et ipsam personam sequitur sicut lepra leprosum facit.<sup>106</sup> (Dig. xlviii.19.3 *in prin.*, with gloss *fi. p. socio.*) secundo casu quando poena respicit bona, pone quidam est condemnatus in civitate in publicatione bonorum habet quaedam bona alibi utrum illa sint publicata. Gulielmus de Cuneo tangit hic (et Dig. iv.5.2) et tenet quod quaelibet civitas habeat bona in territorio suo sita, nam dictam bona sunt quasi vacantia. (Code 10.10.1) et repelluntur venientes ab intestate. et ideo cum quaelibet civitas reputatur fiscus cuiuslibet accrescent illa bona prout sunt in territorio. (Dig. vii.2.3) pro hoc Codex 1.3.20, ubi partem bonorum habet ecclesia, partem curia fiscus vel patronus.<sup>107</sup> (Code 10.19.10.2) alii dicunt quod Nicolas Matarellus in quadam sua disputatione dicit: aut iudex qui publicavit bona habet iurisdictionem a lege communi et imposuit poenam secundum ordinem iuris communis. aut utrumque suum iurisdictionem et poenam imponem habet a lege municipali sive alterum tam. primo casu talis poena extenditur ad patrimonium ubicumque positum sed incorporatio in possessionem fisci, fiet per illum officialem in cuius territorio sunt sita bona.<sup>108</sup> (Code 10.10.2 and 5) a simili, sicut quando plures sunt tutores eiusdem pupilli habentis patrimonium in diversis civitatibus seu provinciis, unus in una provincia procurat quod restituatur bona quae sunt in alia,<sup>109</sup> ita hic plures officiales in diversis provinciis representant unum fiscum. in secundo casu quando utrumque vel alterum tam procedit a lege municipali tunc publicatio non extenditur ad bona quae non sunt illi iurisdictioni subiecta. (Code 5.34.5) mihi in ista quaestio videtur dicendum quod civitas non potest sibi publicare bona, propter delicta de iure communi. (Code 10.10.1) item civitas de iure communi non habet merum imperium et cognitionem

---

<sup>105</sup> **DIG. lxxviii.19.29:** GAIUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Qui ultimo supplicio damnatur, statim et civitatem et libertatem perdunt. . . .

<sup>106</sup> **DIG. lxxviii.19.3:** ULPIANUS libro quarto decimo ad Sabinum. Praegnatis mulieris consumendae damnatae poena differtur quoad pariat. . . .

<sup>107</sup> **DIG. 1.15.4 § 2:** ULPIANUS libro tertio de censibus. . . . Is vero, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in quae ager est: agri enim tributum in eam civitatem debet levare, in cuius territorio possidetur. **DIG. xxvi.5.27:** *supra* note 56. **DIG. xvii.1.30 § 1:** PAPIANUS libro quinto responsorum. . . . Cum oriundus ex provincia Romae domicilium haberet, eiusdem curator decreto praesidiis ac praetoris constitutus rerum administrationem utrobique suscepit. placuit eum duas curationes administrare non videri, quod videlicet unius duo patrimonia non viderentur.

<sup>108</sup> **DIG. xlii.1.15 § 1:** ULPIANUS libro tertio de officio consulis. . . . Sententiam Romae dictam etiam in provinciis posse praesides, si hoc iussi fuerint, ad finem persequi imperator noster cum patre rescripsit. **DIG. xlii.5.12 § 1 (cum glossa):** *supra* note 70.

<sup>109</sup> **DIG. xxvi.7.39 § 3:** PAPIANUS libro quinto responsorum. . . . Heres institutus, qui non habuit substitutum, priusquam hereditatem adiret, quam impuberi restituere debuit, vita decessit: provincialium rerum culpa nomine condemnandos existimavi, si causam testamenti non ignorantes utilitatem impuberis deseruerunt: nam hereditatis in provincia fideicommisso restituto causam quidem iuris expediri potuisse, rerum autem administrationem ad eos recidere debuisse, qui tutelam in Italia suscepissent.

istorum delictorum graviorum. (Code 1.55.5.) illae ergo civitates Italiae quae illam iurisdictionem exercet et quae bona sibi publicant hoc faciunt vel ex privilegio eis concesso per principem vel ex consuetudine antiqua quae habet vim constituti privilegii,<sup>110</sup> (Auth xv.1. §§ 1 de defens.) et sic civitates quod sunt hodie cum camera fiscali possunt dici procuratores fisci in rem suam in ipsa civitate. nam ad sui utilitate utuntur iure fiscali ex concessione principis tacita vel expressa, ut dictum est.

51. Hoc praemisso in quaestione procedenti sic dico. aut iurisdictiones sunt separatae sed bursa fiscalis est una in effectu in utroque loco; aut sunt separatae iurisdictiones et separatae bursae fiscales. primo casu aut illa publicatio sit de iure communi et bona utriusque loci erunt publicata, (Code 10.10.2) et fiet executio per officialem illius loci ubi sunt bona ut supra dictum est. unde dico si plures quod est in marchia Anconitana pro ecclesia Romana publicaret de iure communi bona alicuius quod intelligeretur bona publicata qui ille habet in ducatum sed in illis bonis fieret executio per procuratorem fisci qui est in [ducato]. aut publicatio sit secundum constitutionem vel leges speciales et tunc aut illae leges speciales sunt in utroque loco ubi omnia sunt bona: exemplum plures iudices sunt deputati ab uno rege per diversa territoria regni, unus publicat secundum constitutionem regalem et tunc omnia bona quae sunt in regno essent publicata ea ratione et per easdem leges aut dictae leges speciales non sunt communes ad utrumque locum. exemplum in Marchia sunt quaedam constitutiones quae non sunt in ducatum tunc talis publicatio non extendit ad bona quae sunt extra locum ad quem se protendit constitutio. (Dig. ii.1.20; Sext 1.2.2 ut animarum; Code 5.34.4; Dig. xxvi.5 in fin and 27.) secundo casu quando iurisdictiones sunt distinctae et bursae fiscales distinctae. aut publicatio non sit de iure communi et tunc hoc extenditur ad alia bona etiam alibi posita extenditur. tandem quaelibet civitas habebit bona in suo territorio sita secundum quod dicebat Guliemus de Cuneo, quod probo, quaelibet civitas dicitur procurator fisci, ut supra ostensum est. sed si procurator esset fisci et ad utilitatem fiscalem et ad eius officium spectaret acceptatio et incorporatio dictorum bonorum in fiscum ut dictum est. ergo nunc ad eum pertinet et ad eius utilitatem. (pro hoc est casus in Dig. xxvi.8.22; Decretal 2.2.14.) nec placet ut distinguas an iudex habeat iurisdictionem a lege communi vel a lege municipali, quia non curo unde habeat iurisdictionem, sed hoc solum an pronunciet super eo quod de iure communi est dispositum, an vero de novo disponat, ut dixi supra in quaestione sexta (sed insurgit forte dubium et cetera).

---

<sup>110</sup> **DIG. xliiii.20.3 § 4:** POMPONIUS libro trigensimo quarto ad Sabinum. . . . Ductus aquae, cuius origo memoriam excessit, iure constituti loco habetur. **DIG. xxxix.iii.1 in fine:** ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Si cui aqua pluvia damnum dabit, actione aquae pluviae arcendae avertetur aqua. . . . Sed et vicinus opus tollat et sublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrum perveniens noceat, Labeo existimat aquae pluviae arcendae egi non posse: semper enim hanc esse servitatem inferiorum praediorum, ut natura profluentem aquam excipiant. plane si propter id opus sublato vehementior aqua profluat vel corrivetur, aquae pluviae arcendae actione agi posse etiam Labeo confitetur. . . . ut ubi servitus non invenitur imposita, qui diu usus est servitute neque vi neque precario neque clam, habuisse longa consuetudine velut iure impositam servitatem videatur.